

Index Locorum Sacrae Scripturae

5. De throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua, cap. 15. q. 6. n. 50. p. 24
 8. Requiem non habebant, die ac nocte dicentia, cap. 5. exp. 12. n. 186. p. 138
CAP. V.
 Num. 5. Unus de senioribus dixit mihi, ne fleveris, c. 3. q. 10. n. 54. p. 88
 5. Ecce vicit leo de Tribu juda, aperite librum, & solvere septem signacula ejus, c. 7. q. 8. n. 57. pag. 161
 6. Vidi agnum in medio throni habentem cornua septem, qui sunt septem spiritus Dei, c. 10. q. 5. n. 35. p. 250
 6. In medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, c. 2. q. 18. n. 165. p. 61
 13. Omnes audivi dicentes sedenti in throno & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum, cap. 2. q. 30. n. 259. p. 72
CAP. VII.
 Num. 9. Post haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis, c. 10. quaest. 1. numero 6. p. 246
CAP. VIII.
 Num. 4. Ascendit fumus incensorum de manu Angeli, qui sunt orationes sanctorum, c. 10. q. 5. num. 33. p. 249
CAP. IX.
 Num. 7. Facies earum, tamquam facies hominum, c. 16. q. 3. n. 23. p. 331
CAP. X.
 Num. 1. Angelus descendit de Caelo amictum nubae, & iris in capite ejus, & facies ejus erat ut sol, c. 11. q. 7. n. 45. p. 278
CAP. XI.
 Num. 3. Praedicabunt diebus mille sexaginta sex, cap. 5. q. 23. n. 190. p. 159
 4. Hi sunt duae olivae, duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes, c. 1. q. 13. n. 89. pag. 14

CAP. XII.
 Num. 5. Mulier peperit filium masculum qui relictus erat omnes gentes, & raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus, cap. 2. q. 37. n. 316. p. 80
 14. Datae sunt mulieri alae duae aquilae magnae ut volaret in desertum, c. 6. q. 5. n. 29. p. 144
CAP. XIII.
 Num. 3. Admirata est universa terra, & adoraverunt draconem, c. 16. q. 9. n. 68. p. 336
CAP. XVII.
 Num. 3. Vidi mulierem super bestiam coccineam, & mulier circumdata erat purpura, & bysso, c. 7. q. 20. n. 168. p. 174
 14. Hi pugnabant cum agno, cap. 4. q. 14. n. 105. pag. 112
CAP. XVIII.
 Num. 9. Cum viderint fumum incendii ejus, c. 2. q. 20. n. 189. p. 63
CAP. XIX.
 Num. 6. Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiae agni, c. 4. q. 19. n. 148. p. 117
 10. Vide, ne feceris, conservus tuus sum, cap. 10. q. 23. n. 177. p. 265
 13. Vestitus erat veste aspersa sanguine, c. 1. q. 15. n. 704. p. 16
 16. Rex regum, & Dominus dominantium, cap. 4. q. 4. n. 34. p. 103
CAP. XX.
 Num. 12. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, cap. 10. q. 28. n. 227. p. 271
CAP. XXI.
 Num. 9. Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem Agni, & sustulit me in spiritu in montem magnum, c. 7. q. 22. n. 207. p. 178
 13. Ab oriente portae tres, ab Aquilone portae tres, ab Austro portae tres, cap. 2. q. 13. n. 108. pag. 54
CAP. XXII.
 Num. 17. Qui audit, dicat veni, c. 1. q. 22. n. 146. pag. 22



R. P. D. F.



R. P. D. F. JOANNIS DA SYLVEIRA COMMENTARIA IN ACTA APOSTOLORUM.

PROLOGOMENVM.



1. UOD ad hanc Praefatiunculam spectat jam in nostris Opusculis tractavimus opuscul. primo resolut. 5. quaest. 8. Quae ibi diximus etiam aliquibus additis hic repetemus.

De Nomine.

2. Disputant hic communiter Interpretes cum Vala, An hic Vala liber nominandus sit *Acta*, seu *Actus* Apostolorum, & quaestio parvae est considerationis; nam utroque modo tam a Patribus, quam a magnis Authoribus dicitur, ac nuncupatur, tamen in Bibliis emendatis, & correctis, quodque etiam Ecclesia in officiis utitur, non dicitur de Actis Apostolorum, sed de Actibus, ut communiter cum Budaeo in Commentario linguae Graecae notant Commentatores. Budaeus.
 3. Syrus pro titulo praefixit: *Historia Apostolorum*, D. Chrysostr. in limine hujus libri nuncupat: *Dogmata Spiritus sancti*. Oecumenius: *Evangelium Spiritus sancti*; sicut enim dicitur Syrus. D. Chrysostr. Oecumen.
 Evangelium Jesu Christi secundum Matthaeum, Marcum, Lucam, & Joannem; quia in eo sacri Evangelistae narrant, quomodo Christus D. descendens de Caelo, apparuit in forma humana, in qua multa mirabilia facta, gesta, verba operatus est in salutem humani generis, ostendens viam directam in caelum, aperiens nobis abdita arcana Patris a constitutione mundi; sic post Christi ascensum in Caelum, Spiritus S. visibiliter descendit de Caelo in linguis igneis Apostolos suis donis adimplens, ut Christum veram salutis vitam praedicarent, ejusque altissima mysteria aperirent, & explicarent; sicque dicitur de Apostolis Actor. 2. n. 4. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis*. Simulque Spiritus sanctus descendit in omnes, qui ipsorum Apostolorum doctrinam recipiebant, ut dicitur Actor. 10. n. 44. *Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant Verbum*. Actor. 2. Act. 10.
 4. Tamen liber simpliciter dicitur Actorum Apostolorum, quia quamvis eorum gesta, opera, verba, dictante, & spirante Spiritu sancto, fuerint facta, tamen exterius, & visibiliter per Apostolos fiebant, & operabantur, sicut dicitur Evangelium secundum Matthaeum, vel Joannem, quia quamvis illa Evangelia fuerint dictata ab Spiritu sancto, visibiliter, & exterius sunt scripta a D. Matthaeo, vel Joanne, & sic de caeteris scriptoribus Canonicis.
 5. Hic liber nuncupatur Actorum Apostolorum, quia eorum opera, non omnia, sed magis principalia, quoad Evangelij promulgationem refert: Unde a cap. 2. usque ad 12. narrantur appositae fundamenta fidei, ac Catholicae Ecclesiae per Apostolos in Iudaea, & Samaria juxta Christi D. mandatum Actor. 1. n. 8. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae* Quod ipsi Apostoli adimpleverunt praedicantes Christi Evangelium per totum Orbem, ut narrat in praesenti D. Lucas cap. 13. & praecipue, quae ad D. Paulum pertinent, cujus ipse erat indivisus comes, & suis oculis viderat. Act. 13.
Author hujus libri.

6. D. est Lucas Evangelista, ut tenet Ecclesia Sancta Catholica, & etiam affirmant omnes Patres, tam Graeci, quam Latini, & sequuntur sine ulla differentia Authores, & etiam Syrus, fatentur Haeretici, & ideo Syriacus huic libro hunc apposuit titulum: *Liber Actuum hoc est, Historia*
 A